

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Narcissus flos. Corporis forma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

*Oratoris
Trojanorum. Mat-
theol. &
Diose. l. 1. c.
l.*

758
quod eloquentiae precepta illos haufisse significat: propterea quod ejus herba flos colorum viri-
tate atque ornata, Iridi cœlesti, quæ & ipsa eloquentiae Dea habebatur, similis sit, & quia talem ope-
ret esse orationem, nempe colorum ac figuratum varietatem distinctam, multaq; haec herba eloqua-
tia similes vires habet: nam ut de illa tradunt Medici, iris halitus pravum odorem corrigit, grum-
que & suavem reddit spiritum, & venenum repellit: sic etiam ornata oratio quasi suavi quidam ha-
litus gratiam conciliat, & aniri venena, hoc est, perturbationes depellit. Hanc herbam quidam
Iuit olim Hyacinthum appellatum: quod indicare videtur Ovid. Metamorph. lib. 10. his verbis:

Flos oritur, formamque caput quam Lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est: is enim fuit author honoris.
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya
Flos habet inscriptum, fune staque littera ducta est.

Sed hanc questionem Medicis permittimus: nos de illa, quæ hodie Hyacinthus vocatur, modi-
cemos separatum, hanc vulgo Lilium cœruleum vel purpureum appellari dicimus.

H Y A C I N T H U S.

S A P I E N T I A. C A P. XXXI.

*Quin &
pueros diu-
sissimos ser-
uat in pu-
beratu.
Diose. l. 4.
c. 17. & ibi
Mattheol.*

HYACINTHUS, quem ab Apolline in florem conversum Poëta fabulantur, prudentia sapientia symbolum est. Nam cum Apollo Musarum, ingenii, ac literarum Deus sit, Hyacinthum puerum ab illo ob formam adamatum, Poëta fixerunt: quia sensus naturalis minime corruptus puer est, hoc est, prudentia caret, sed tamen formosus est, qui amentem ad sui contemplationem excepit: qua contemplatione fit, ut tandem sensus juvenilis atque fervore illo deposito, prudentia & sapientia florem ex se gignat, suavissimis virtutum odoribus fragrantem: quorum post mortalia literarum monumentis ad posteros manat.

N A R C I S S U S F L O S.

C O R P O R I S F O R M A. C A P. XXXII.

*Narcissi fi-
liopoeica. Ovid. Met.
Ex Meles in
Diose. l. 3. c.
2. 6.
Hysopos a-
qua, una
cum ligno
extirpo, &
flos occi-
pito.
Exod. 12.*

NARCISSUS flos corporis formam, quæ cito corrumpitur, & inventæ florem, qui cito transi-
fignificat, ut rosa, & viola, & omnes flores, qui cito corrumpuntur: idcirco enim Poëta fixeret,
Narcissum formosissimum puerum, dum suam formam, quam in fonte cernebat, cupide nimis ad-
miratur, in fontem prolapsum periisse, & in florem hujusmodi conversum: ut indicarent, non hanc
fluxam corporis formam, sed animi præstantiam, & divinam illam æternamque pulchritudinem esse,
adamandam.

H Y S S O P U S.

E X P I A T I O P E C C A T O R U M. C A P. XXXIII.

*Mystheol.
Ex Meles in
Diose. l. 3. c.
2. 6.
Hysopos a-
qua, una
cum ligno
extirpo, &
flos occi-
pito.
Exod. 12.*

HYSOPUS herba pulmones purgans & caput, qua Hebrei utebantur cum sanguine anima-
lium, ad populum aspersione lustralium, gradum divinum significat, & vinculum illud: quo
cum Deo conjungimur: & conjuncti à peccatis expiamur. Hinc David, Aperges me Domine hys-
opo, & mundabor.

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D

D